



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Gratia per mortem concedentis non expirat, licet sic mandatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

spensari potest per facultatem a Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 6. de refor. traditam ad dispensandam in irregularitate occulta, dummodo astantes ignorent id muneris esse illi prohibitum; aut si aliquis id sciat, nescit tamen per id incurri irregularitatem; Quia licet actus publicus sit, in hoc tamen euentu delictum est occultum, & in irregularitate ex delicto occulto Episcopus dispensare potest: vt affirmat Nauar. in Man. c. 27. num. 194. & 160 modo postea fama nulla de irregularitate contracta orta sit; tunc enim non poterit, cum iam delictum incipit esse publicum.

DECISIO III.

3 **E**xcommunicatus in vna diocesi, vel vrbe, & celebrans in alia, vbi nescitur, an sit excommunicatus, irregularis efficitur, ab Episcopo tamē dispensari potest; cum delictum eius sit occultum, ita Concil. Triden. sess. 24. c. 6. de reform. Quāuis enim actus dispensandi strictē intelligi debeat, c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & amplianda gl. in cle. 1. de off. vic. & Fel. in c. poitu lauti. de rescript.

DECISIO IV.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

4 **I**rregularis est, qui ordine sacro quem non habet, vtitur; ex Nau. in Man. cap. 27. nume. 247. ideoque sicut ad alios res promoveri nequit, ex cap. 2. de cler. non ord. mini. ita neque in susceptis ministrare poterit sine dispensatione, quae non a Penitentiaro, sed a Papa obtinenda est, ex Syl. verb. irregularitas, q. 12.

TITVLVS XXXII.

De Priuilegijs.

SVMMARIVM.

- 1 **G**ratia per mortem concedentis non expirat, licet sic mandatum.
- 2 **G**ratia Papae, Donec aliud decernat illius morte non expirat, secus vsque ad eius beneplacitū, & quare.
- 3 **P**riuilegium Minorum generalis dispensandi super multitudine Missarum ad successores, & ad Missas post illud acceptas extenditur.
- 4 **B**eneficiū, seu priuilegiū impetratio sine mandato valet.
- 5 **D**ispensatio limitata quoad forum interius, ad exterius non extenditur.
- 6 **D**ispensandi facultate concessa, literis non expeditis, cur non utendum.
- 7 **D**ispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem non valet recitare horas, ad eadem non extenditur.
- 8 **I**ndulgentia pro mortuis concessa ad viuos non extenditur.
- 9 **I**ndulgentia non acquiritur, nisi fiat totum id, pro quo conceditur.
- 10 **I**ndulgentia mortuo per opus existentis in mortali quæri potest.
- 11 **P**eccans spe veniæ obtinendæ per gratiam post, uel ante obtentam, absolui potest.
- 12 **G**ratia de altari priuilegiato concessa, an non expressa usitate, ualeat.
- 13 **D**ispensationes circa diuersa, licet una de alia mentionem non faciat, non utiuntur.
- 14 **P**riuilegium conferendi sacros ordines Abbatibus concessum Conc. Trid. refragatur.
- 15 **I**ndulgentia pro defunctis Missam, per quamlibet Missam acquiritur.
- 16 **L**egere librum uetitum, extra territorium licentiam concedentis licet.
- 17 **E**piscopus in sua diocesi ex causa extra locum sacrum Mis-

sare, & facultatem id faciendi dare potest.

- 18 **C**lericus enormibus se immiscens, ante monitionem, fori priuilegium non perdet.
- 19 **G**ratia Papae non eget ad sui essentiam scriptura.
- 20 **C**asus reseruati episcopo an ligent exemptum.
- 21 **P**riuilegia clausa in corpore iuris non censentur sublata per aliam superuenientem dispositionem iuris communis habentem in se clausulam generalem, Non obstantibus priuilegijs.
- 22 **M**inores de obseruantia iurium parochialis incapaces sunt.
- 23 **P**riuilegium non prodest ei, cui conceditur, donec eius notitiam habet.
- 24 **P**riuilegia, dato aliquo effectu, an ad alios extendantur.
- 25 **P**relati a iurisdictione episcopali exempti, an iurisdictionem quasi episcopalem habere censentur.
- 26 **P**riuilegium canonis clericis minoribus 14. annorum non tollit Conc. Trid. sed fori.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 2. de offic. iud. delegat.

1 **D**ispensandi facultas cum quibusdam personis, sicut in gradibus prohibitis contraxerunt, a Papa Episcopo concessa, etiam mortuo concedente, valet. Quamuis enim commissio de dispensando cum aliquo per mortem committentis expiret, cap. Relatum. de off. leg. quia est mandatum de gratia faciendā; concessio tamen facultatis ad dispensandum, nomine nominato, est gratia facta illi, cui datur facultas, & concedentis morte non expirat; cum gratia facta non expiret per mortem concedentis, cap. si super gratia tit. eod.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 3.

1 **E**xemptus a iurisdictione Episcopi per Papam cum clausula, (donec aliud decernat,) mortuo Papa non fit Episcopo subiectus, sed manet exemptus, donec per successorem eius reuocetur exemptio a Papa concessa. Quamuis enim per mortem ipsius cesset gratia facta cum clausula, (vsque ad beneplacitum eius, cap. si gratiosa. de rescript. in 6. eo quod per mortem desinit beneplacitum & voluntas eius; gratia tamen facta, donec aliud decernat morte eius non cessat, cum in hoc euentu requiratur dispositio, & decretatio, quæ non fit per mortem, cum potius per eam potestas disponendi aliud sublata sit.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 10. de celeb. Miss.

3 **P**riuilegium concessum Generali ordinis dispensandi super multitudine Missarum, ad quas Monasteria ordinis illius obligata sunt, non solum Generali, qui tunc fuit, sed etiam successoribus suis concessum esse intelligitur nisi Papa aliud exprimat: vnde Generalis talis non solum super Missis receptis tempore Generalium, qui præerant tempore Bullarum datarum, seu Priuilegiorum concessorum dispensare valet; sed etiam pro postea receptis ante suam visitationem, & tempus quo dispensatio ipsa petitur non tamen pro postea admittendis, & in omni dispensatione tenor priuilegijs, & commissionis seruandus est, cap. prudentiam. de offic. deleg. & cap. Pisanis. de rest. spol.

DECISIO IV.

Ex consil. 1. alias 22. de Hæreticis.

4 **R**eligiosus pro sua religione Procuratoris officium in Curia agens, si Monasterium suum inquietatur pro re aliqua aut impositione, seu talea extraordinaria, absque Monasterij mandato immunitatem, seu Priuilegium a Papa impetrare potest, & gratia sic sine speciali mandato concessa tenet; Non solum ex eo quod Papa illud facere, & concedere potest sine illius instantia, & petitione, Argu. cap. 1. de constit. & cap. proposuit. de concess. præb. sed etiam quia con-